

Invectiva in Ciceronem (ex Invektivā in Ciceronem)

Traditur haec oratio, cuius exordium sequitur, in senatu contra Ciceronem a Sallustio habita esse. Vidētur haud verisimile hoc accidisse, ergo hodie credītur a rhetore sine nomine composita esse.



<p>1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25.</p>	<p><u>Graviter</u> et iniquo animo maledicta tua patērer, M. Tulli, <b>si</b> te scirem iudicio magis quam morbo animi petulantia istā uti. Sed cum in te neque <u>modum</u> neque modestiam ullam animadverto, respondebo tibi, ut, si quam male dicendo voluptatem cepisti, eam male audiendo amittas.</p> <p>Ubi querar, <b>quos</b> implorem, patres conscripti, diripi rem publicam atque <u>audacissimo</u> <b>cuique</b> esse praedae? Apud populum Romanum? Qui ita largitionibus corruptus est, ut se ipse ac fortunas suas venales habeat. An apud vos, patres conscripti? Quorum auctoritas turpissimo cuique et sceleratissimo ludibrio est. <b>Ubique</b> M. Tullius leges iudicia rem publicam defendit atque in hoc <u>ordine</u> ita moderatur, quasi unus reliquus e familia viri clarissimi, Scipionis Africani, ac non reperticius, accitus ac paulo ante insitus huic urbi civis.</p> <p>An vero, M. Tulli, facta tua ac dicta obscura sunt? An non ita a pueritia vixisti, <b>ut</b> nihil <u>flagitiosum</u> corpori tuo putares, quod alicui libuisset? Aut scilicet istam immoderatam eloquentiam apud M. Pisonem non pudicitiae iactura perdidicisti? Itaque minime <b>mirandum</b> est, quod eam flagitiose venditas, quam turpissime parasti.</p> <p>Verum, ut opinor, splendor domesticus tibi animos tollit: uxor sacrilega ac periura, tibi iucundior atque obsequentior quam parenti par est. Domum ipsam tuam <u>vi</u> et rapinis funestam tibi ac tuis <u>comparasti</u>, videlicet, ut nos commonefacias<sup>1</sup>, quam conversa res sit, <b>cum</b> in ea domo habitares, homo flagitiosissime, quae P. Crassi, viri clarissimi, fuit.</p> <p>Atque haec cum ita sint, tamen se Cicero dicit in concilio deorum immortalium fuisse, inde missum huic urbi civibusque custodem. Quasi vero non illius coniurationis causa fuerit consulatus tuus et idcirco res publica disiecta eo tempore, quo te custodem habebat. Sed ut opinor, illa te magis <u>extollunt</u>, quae post consulatum cum Terentia uxore de re publica consuluisti, cum ex coniuratis aliquos pecunia condemnabas, cum tibi alius Tusculanam, alius Pompeianam villam exaedificabat, alius domum emebat. <b>Qui</b> vero nihil potērat, is erat calumniae proximus, is aut domum tuam oppugnatum venērat aut insidias senatui fecērat, denique de eo tibi compertum erat.</p>
---	---

<sup>1</sup> Commonefacias = moneas

1. Elige summarium: [1/4]

A. Rhetor vult respondere Ciceroni, qui, idem dicit, gavisus est insolentia maledicere. Cicero dicit se rem publicam defendere, quasi unus ex Scipionibus, sed in Urbe non est. Cicero utitur impudice eloquentia, quem cum pudicitia apud Pisonem didicit. Eius familia autem proba est nec eius domus, quam antea P. Crassus vir clarissimus habebat, iam vi corrupta est. Ciceronis consulatus Catilinae coniurationem excitavit et deinde coniurati Ciceronis domum oppugnaverunt et senatui insidias fecerunt.

B. Rhetor vult respondere Ciceroni, qui, idem dicit, gavisus est insolentia maledicere. Cicero dicit se rem publicam defendere, quamquam nuper Romam Arpino venit, quia Scipiones id non fecerunt. Cicero utitur impudice eloquentia, quem magna pudicitia apud Pisonem didicit. Eius familia quoque proba non est: uxor enim sacrilega est et eius domus, quae antea P. Crasso viro claro erat, nunc vi corrupta est. Ciceronis consulatus Catilinae coniurationem excitavit et deinde coniurati Ciceronem divitem fecerunt aut, si nihil possidebant, falso accusabantur.

C. Rhetor vult respondere Ciceroni, qui, idem dicit, gavisus est insolentia maledicere. Cicero dicit se rem publicam defendere, quasi unus ex Scipionibus, sed in Urbe non est. Cicero utitur impudice eloquentia, quem sine pudicitia apud Pisonem didicit. Eius familia quoque proba non est: uxor enim sacrilega est et eius domus, quae antea P. Crasso viro flagitiosissimo erat, etiam nunc vi corrupta est. Ciceronis consulatus Catilinae coniurationem excitavit et deinde coniurati Ciceronis domum oppugnaverunt et senatui insidias fecerunt.

D. Orator vult respondere Ciceroni, qui, idem dicit, gavisus est insolentia maledicere. Cicero dicit se rem publicam defendere, quasi unus ex Scipionibus, sed est tantum quidam qui nuper Romam Arpino venit. Cicero utitur impudice eloquentia, quem sine pudicitia apud Pisonem didicit. Eius familia quoque proba non est: uxor enim sacrilega est et eius domus, quae antea P. Crasso viro claro erat, nunc vi corrupta est. Ciceronis consulatus Catilinae coniurationem excitavit et deinde coniurati Ciceronem divitem fecerunt aut, si nihil possidebant, falso accusabantur.

2. Nunc in locis vacuis insere haec verba (animum adverte: non omnia vocabula addenda sunt).  
[9/12]

Rhetor Ciceronis maledicta \_\_\_\_\_ ferret, si is locutus esset non insolentia sed iudicio. Ciceronis oratio autem sine ullo modo et moderatione fuit, ergo rhetor ei respondebit ut \_\_\_\_\_, qui gavisus sit maledicere, \_\_\_\_\_ amittat maledicta audiendo. Rhetor \_\_\_\_\_ quod senatus et populus Romanus nunc corruptus est et res publica turpissimo cuique praeda est. Cicero dicit se leges, iudicia, senatorium ordinem servare tamquam unus ex Scipionibus esset, sed nuper \_\_\_\_\_ habitabat. Ciceronis verba et facinora nota sunt: corpus suum dedit Pisoni qui eum \_\_\_\_\_ docuit et etiam nunc sine ullo pudore eadem eloquentia utitur.

Eius uxor tam improba quam is est et \_\_\_\_\_ nunc Crassi domum est, ad monendum ut omnia nova sint. Domum vi et latrociniiis funestam sibi paravit sed antea a viro nobilissimo \_\_\_\_\_. Quamquam omnes ea omnia sciunt, Cicero dicit se a deis missum esse Romam et cives \_\_\_\_\_ causa. Tamen constat eius consulatum coniurationis causam fuisse et rem publicam disiectam esse, cum ei defendenda esset. Deinde Cicero et eius uxor coniuratis uti sunt, quia eosdem coegerunt \_\_\_\_\_ ipsis tradere. Si quis nihil \_\_\_\_\_ habebat, is falso accusabatur et dicebatur Ciceronis domum oppugnavisse aut contra senatum \_\_\_\_\_.

1. Eloquentia	5. Servandi	9. Adversarius	13. In urbem
2. Dolet	6. Aegre	10. Fortunas	14. Dandum
3. Coniuravisse	7. Amicus	11. Ruri	15. Gaudium
4. Servandum	8. Ciceroni	12. Arti Oratoriae	16. Habebatur

3. Veraene an falsae sunt hae sententiae? (6/8)

1. Rhetor moleste fert Ciceronis verba, quia scit eum iudicio dixisse	V	F
2. Rhetor Ciceroni respondit quia vult eum rhetoris malis verbis delectationem amittere	V	F
3. Rhetor putat populum Romanum corruptum esse	V	F
4. Rhetor putat Ciceronem clariorem esse quam Scipionem	V	F
5. Cicero, rhetoris sententiā, immoderatā eloquentiā utitur quia eam turpiter didicit	V	F
6. Cicero extollitur familiae gloriā et uxoris probitate	V	F
7. Rhetor putat coniurationem Ciceronis consulatu motam esse	V	F
8. Rhetor putat Ciceronem honeste se gessisse cum coniuratis	V	F

4. Quid haec vocabula in hoc scripto significant? (6/8)

A. R. 1. Graviter:

- a. Gravemente
- b. A malincuore
- c. Profondamente
- d. Violentemente

E. R. 10. Flagitiosum:

- a. Brutto
- b. Sfortunato
- c. Vergognoso
- d. Inadatto

B. R. 2. Modum:

- a. Moderazione
- b. Modo
- c. Genere
- d. Confine

F. R. 15. Vi:

- a. Forza
- b. Ricchezza
- c. Esercito
- d. Violenza

C. R. 4. Audacissimo:

- a. Sfrontatissimo
- b. Coraggiosissimo
- c. Fortunatissimo
- d. Validissimo

G. R. 16. Comparasti:

- a. Comparare
- b. Procurare
- c. Apparire
- d. Istituire

D. R. 8. Ordine:

- a. Schiera
- b. Serie
- c. Disposizione
- d. Classe sociale

H. R. 21. Extollunt:

- a. Esaltare
- b. Eliminare
- c. Eccitare
- d. Rimandare

5. Elige responsum (6/8)

1. Cur rhetor Ciceroni respondet?

- a. Quia Cicero magna modestia locutus est
- b. Quia Cicero magnum gaudium ex eius responsione accipiet
- c. Quia in senatu mos est adversariis respondere
- d. Quia vult Ciceronem post responsionem molestiam affici

2. Cur rhetor non vult queri apud patres conscriptos?

- a. Quia patres conscripti omnia venalia habent
- b. Quia patres conscripti se tradiderunt in sceleratorum manus
- c. Quia patres conscripti a Cicerone defenduntur
- d. Quia patres conscripti populum Romanum prodiderunt

3. Quis est Cicero re verā?

- a. Vir clarus ita ut Scipio
- b. Vir qui a deis missus est ad senatum servandum
- c. Vir qui paulo ante Romae non habitabat
- d. Vir qui a clarā familiā originem trahit

4. Quomodo, rhetoris sententiā, Cicero vixit a pueritiā?

- a. Nemo scit quomodo is vixērit
- b. Tradīdit corpus suum alicuius libidini
- c. A pueritiā Piso ei honestam eloquentiam docuit
- d. In flore pueritiae contra pudicitiam eloquentiam discere noluit

5. Cur nunc Cicero immoderatā eloquentiā utitur?

- a. Quia populus corruptus nihil aliud audire vult
- b. Quia Ciceroni contendendum est cum coniuratis
- c. Quia Cicero Pisonis praecepta neglexit
- d. Quia inhoneste utitur ea eloquentia quam flagitiosissime didicit

6. Cur Cicero P. Crassi domum emit, rhetoris sententiā?

- a. Quia Crassus unus ex coniuratis erat
- b. Quia mutationem rerum indicare volebat
- c. Quia P. Crassus vir clarus sic ut Cicero erat
- d. Quia eius uxor eam volebat emere

7. Quid dicit Cicero de se ipso?

- a. Cicero dicebat se coniuram incitavisse
- b. Cicero dicebat se servaturum esse senatum
- c. Cicero dicebat se deorum iussu Crassi domum emisse
- d. Cicero dicebat se custodem civium Romam a deis missum esse

8. Quid fecit Cicero post consulatum, rhetoris sententiā?

- a. Cicero cum sua uxore privatus vixit
- b. Cicero non desiit rem publicam custodire
- c. Cicero accusavit falso eos coniuratos qui eius bona augere non poterant
- d. Cicero voluit coniuratos sine misericordiā punire

6. Elige responsum (6/8)

1. R. 1. **Si** introduce:

- a. La protasi di un periodo ipotetico indipendente della possibilità
- b. La protasi di un periodo ipotetico dipendente della possibilità
- c. La protasi di un periodo ipotetico indipendente dell'irrealtà
- d. La protasi di un periodo ipotetico dipendente dell'irrealtà

2. R. 4. **Quos** è:

- a. Relativo
- b. Relativo usato come nesso relativo
- c. Indefinito
- d. Interrogativo

3. R. 4. **Cuique** è:

- a. Relativo
- b. Indefinito
- c. Relativo indefinito

d. Interrogativo

4. R. 7. **Ubique** è:

- a. Avverbio di luogo
- b. Congiunzione
- c. Avverbio relativo
- d. Avverbio interrogativo

5. R. 10. **Ut** introduce una proposizione:

- a. Finale
- b. Consecutiva
- c. Completiva
- d. Temporale

6. R. 12. **Mirandum** è:

- a. Gerundio accusativo

- b. Gerundio accusativo neutro singolare
- c. Gerundio accusativo maschile singolare
- d. Gerundio nominativo neutro singolare

7. R. 16. **Cum** è:

- a. Congiunzione subordinante con congiuntivo
- b. Congiunzione subordinante con indicativo
- c. Congiunzione coordinante
- d. Preposizione

8. R. 23. **Qui** è:

- a. Relativo
- b. Relativo usato come nesso relativo
- c. Indefinito
- d. Interrogativo

**Valutazione:** dei sei esercizi, quattro dovranno essere sufficienti (quindi la scelta del riassunto + 3 o 4 esercizi senza la scelta del riassunto), ogni esercizio, tranne il riassunto, è sufficiente se corretto al 75% (il numero di elementi che devono essere corretti è indicato a fianco di ciascun esercizio). Nessun esercizio deve essere lasciato in bianco.

Vera responsa

1. D

2.

Rhetor Ciceronis maledicta (**6. Aegre**) ferret, si is locutus esset non insolentiā sed iudicio. Ciceronis oratio autem sine ullo modo et moderatione fuit, ergo rhetor ei respondebit ut (**9. Adversarius**), qui gavisus sit male dicere, (**15. Gaudium**) amittat maledicta audiendo. Rhetor (**2. Dolet**) quod senatus et populus Romanus nunc corruptus est et res publica turpissimo cuique praeda est. Cicero dicit se leges, iudicia, senatorium ordinem servare tamquam unus ex Scipionibus esset, sed nuper (**11. Ruri**) habitabat. Ciceronis verba et facinora nota sunt: corpus suum dedit Pisoni qui eum (**1. Eloquentiā**) docuit et etiam nunc sine ullo pudore eādem eloquentiā utitur.

Eius uxor tam improba quam is est et (**8. Ciceroni**) nunc Crassi domum est, ad monendum ut omnia nova sint. Domum vi et latrociniiis funestam sibi paravit sed antea a viro nobilissimo (**16. Habebatur**). Quamquam omnes ea omnia sciunt, Cicero dicitat se a deis missum esse Romam et cives (**5. Servandi**) causā. Tamen constat eius consulatum coniurationis causam fuisse et rem publicam disiectam esse, cum ei defendenda esset. Deinde Cicero et eius uxor coniuratis uti sunt, quia eosdem coegerunt (**10. Fortunas**) ipsis tradere. Si quis nihil (**14. Dandum**) habebat, is falso accusabatur et dicebatur Ciceronis domum opugnasse aut contra senatum (**3. Coniuravisse**).

3.

F/V/V/F/V/F/V/F

4

b. a. a. d. c. d. b. a.

5.

d. b. c. b. d. b. d. c.

6.

c. d. b. a. b. d. a. a.